



## PAENITENTIARIA APOSTOLICA

Prot. N. 1176/10/I

B E A T I S S I M E P A T E R ,

Eduardus Aldus Cerrato, Procurator Generalis Confoederationis Sacerdotum ab Oratorio S. Philippi Nerii, animo erga Divinam Providentiam grato ob dona religioso suo Instituto etiam nunc collata, reverenter exponit et, humiliter porrectis filialis devotionis et oboedientiae sensibus, supplicat: die 14 mensis Ianuarii proxime venturi in Metropoli Yucatanensi, ex Rescripto Congregationis pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae, Prot. N. 51873/2010, canonice erigetur nova domus Congregationis Oratorii. Faustum hunc eventum sacri ritus comitabantur, praesertim Sacrosanctum Missae Sacrificium in sacello novae domus oblatum, Exc.mo Archiepiscopo Yucatanensi cum sodalibus Oratorii aliisque sacerdotibus celebrante. Spiritale gaudium ob haec divinae Largitatis dona culmen attinget si Sanctitas Tua plenariae Indulgentiae beneficium illis dignabitur concedere, prout fideriter rogatur. Et Deus, etc.

Die 14 Decembris 2010

PAENITENTIARIA APOSTOLICA, de mandato Summi Pontificis, libenter *plenariam* largitur *Indulgentiam*, suetis sub condicionibus (sacramento confessione, eucharistica communione et oratione ad mentem Summi Pontificis), a christifidelibus vere paenitentibus lucrandam, dummodo in sacello Oratorii Yucatanensis, die 14 Ianuarii 2011, supra indicatae sacrae functioni devote adstiterint.

Quo igitur accessus, ad divinam veniam per Ecclesiae claves consequendam, facilior pro pastorali caritate evadat, haec Paenitentiaria enixe rogat ut sacerdotes opportunis facultatibus ad confessiones excipiendas praediti, prompto et generoso animo, celebrationi Paenitentiae sese praebeant.

Praesenti pro hac vice tantum valituro. Contrariis quibuslibet minime obstantibus.

*F. card. Baldelli.*

FORTUNATUS S. R. E. Card. BALDELLI  
*Paenitentiarius Maior*

*Ioannes Franciscus Giotti*  
† Ioannes Franciscus Giotti, O. F. M. Conv.  
Ep. Tit. Metensis, *Regens*